

## 0189-0199- SS Victor I - Decretalia ad Episcopos per Africam Constitutos

O93, f. 14va; N442, f. 36rb; V630, f. 37va; I83, f. 77va; VD38, f. 70ra; SG670, p. 138b

<sup>1</sup>CUIUS<sup>2</sup> SUPRA AFRIS DIRECTA DE CAUSIS INFRA NOTATIS.

<I83, f. 77vb> Victor Romanae ecclesiae<sup>3</sup> urbis archiepiscopus universis episcopis per Africam<sup>4</sup> constitutis in domino salutem.

Semper enim in aeterno consilio dei mansit humani<sup>5</sup> generis incommutabiliter<sup>6</sup> praeordinata<sup>7</sup> reparatio<sup>8</sup>, sed ordo<sup>9</sup> rerum per dominum nostrum<sup>10</sup> Iesum Christum temporaliter gerendarum<sup>11</sup> dispositione verbi divini sumpsit exordium.

Quapropter oportet vos, fratres<sup>12</sup>, unanimes<sup>13</sup> esse et adminiculum<sup>14</sup> vicissim<sup>15</sup> <VD38, f. 70rb> ferre<sup>16</sup>, in recta ergo fide et in sacramentis divinis non discrepare<sup>17</sup>, sed concordes esse, quia licet pauci sitis malorum comparatione, si tamen concordes fueritis, facile auxiliante domino vestros insidiatores superabitis. Si vero discordes, quod absit, fueritis, non superabitis, sed superabimini.

Perlatum est enim ad <SG670, p. 139a> sedem apostolicam aliquos vestrum nocere fratres velle<sup>18</sup> et, ut cadant, decertare, similiter in sacra<N442, f. 36va>mentis discrepare<sup>19</sup>, et ob id contentiones et<sup>20</sup> aemulationes<sup>21</sup> inter vos fieri. <P9629, f. 12r> A quibus dissen[sionibus] vos averttere et in his omnibus concordare et opem ferre vicissim mandamus.] Nam si hoc agere cito<sup>22</sup> neglexeritis et<sup>23</sup> vicissim re[conciliari<sup>24</sup>] <V630, f. 37vb> non studueritis, ab <I83, f. 78ra> apostolicae sedis et totius ecclesiae com]munione vos pellere<sup>25 26</sup> non dubitetis, nec attenditis, carissimi, qualiter dominus tales<sup>27</sup> per [Isaiam prophetam comminatus<sup>28</sup>] est dicens: Dominus enim locutus est verbum hoc: Luxit et defluit<sup>29 30</sup> terra<sup>31</sup> et infirmata est, deflu[xit]<sup>32</sup> orbis,] infirmata est <VD38, f. 70va> [altitudo] populi terrae, et terra imperfecta<sup>33</sup> est ab<sup>34</sup> habitatoribus<sup>35</sup> suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt<sup>36</sup> ius<sup>37</sup>, [dissipaverunt foedus<sup>38 39</sup> sempiternum.] Propter hoc maledictio vorabit terram. Et peccabunt habitato<SG670, p. 139b>res eius, ideoque insanient<sup>40</sup> cultores eius et relinquuntur omnes<sup>41</sup> pauci. Luxit vindemia, infirmata<sup>42</sup> est vitis, ingemuerunt omnes<sup>43 44</sup>, qui laetabantur<sup>45</sup> corde, cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus<sup>46</sup> laetantium, conticuit<sup>47</sup> dulcedo cytharae<sup>48</sup> cum<sup>49</sup> cantico, non bibent vinum, amara<sup>50</sup> erit potio bibentibus illam<sup>51</sup>, attrita<sup>52</sup> est civitas vanitatis, clausa est omnis domus<sup>53</sup> nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis laetitia<sup>54</sup>, translatum est gaudium terrae, relicta est in urbe solitudo et calamitas<sup>55</sup> opprimet portas, quia haec erunt<sup>56</sup> in medio terrae, in medio populorum, quomodo, si paucae olivae, quae remanse<I83, f. 78rb>runt<sup>57</sup>, excutiantur ex olea, et racemi, cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem suam <VD38, f. 70vb> atque laudabunt, cum glorificatus fuerit dominus, hinnient<sup>58</sup> de mari. Propter hoc<sup>59</sup> in doctrinis glorificate dominum et in insulis maris<sup>60</sup> nomen domini dei Israel.

Et dominus in oratione, quam discipulos <SG670, p. 140a> suos docuit orare, ait: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. In bonis et iustis hominibus sanctificatur nomen domini et in malis blasphematur. Et ipsa per se veritas ait: Si offers munus tuum ad altare et recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari<sup>61</sup> fratri tuo, <O93, f. 14vb> et postea offeres<sup>62</sup> munus tuum. Nulli<sup>63</sup> vero liceat doctrinam evangelicam deserere et sacerdotali honore<sup>64</sup> gaudere.

Data Kal. Septembbris<sup>65</sup> Laterano et Rufino vv. cc. cons.

O93, f. 14vb; N442, f. 37va; V630, f. 37vb; I83, f. 78rb; VD38, f. 70vb; SG670, p. 140a; P9629, f. 12r

<sup>1</sup> In P9629 sind einige Passagen des Briefes wegen Beschädigung der Handschrift nicht lesbar; diese sind im Text durch [...] gekennzeichnet

<sup>2</sup> Überschrift] EPISTOLA VICTORIS PAPAE DE CONCORDIA ET UNANIMITATE SERVANDA SG670

<sup>3</sup> ecclesiae] ecclesiæ et VD38; SG670

<sup>4</sup> afrigam VD38

<sup>5</sup> humani generis] humano generi korr. aus humano generis V630

<sup>6</sup> imcommutabiliter] incommutabiliter vel korr. aus incommutabiliter O93; incommutabiliter korr. aus commutabiliter VD38

<sup>7</sup> am Rande praedestinata VD38

<sup>8</sup> am Rande recuperatio VD38

<sup>9</sup> am Rande dispositio VD38

<sup>10</sup> nostrum fehlt SG670

<sup>11</sup> am Rande peragendarum VD38

<sup>12</sup> fratres] fratres ut I83

- 13 *am Rande concordes* *VD38*  
14 *am Rande auxilium* *VD38*  
15 *am Rande invicem* *VD38*  
16 *am Rande tribuere* *VD38*  
17 *am Rande dissentire* *VD38*  
18 *velle et korr. aus velle* *SG670*  
19 *discrepari* *I83*  
20 *et fehlt* *SG670*  
21 *am Rande insidias* *VD38*  
22 *ita* *P9629*  
23 *et] et in N442*  
24 *am Rande ad concordiam revocari* *VD38*  
25 *am Rande expelli* *VD38*  
26 *pelli* *VD38*  
27 *tales fehlt V630; talibus* *VD38; SG670*  
28 *am Rande terruit minis (!)* *VD38*  
29 *am Rande liquefacta est* *VD38*  
30 *defluxit] defluxit vobis korr. aus defluxit* *P9629*  
31 *terram* *I83*  
32 *defluxit orbis infirmata est fehlt* *SG670*  
33 *interfecta korr. aus infecta* *P9629*  
34 *cum* *SG670*  
35 *habitoribus korr. aus habitoribus* *O93*  
36 *mutaverunt korr. aus maturaverunt* *SG670*  
37 *am Rande forum legis* *VD38*  
38 *am Rande pactum* *VD38*  
39 *foedus korr. aus foedus in* *V630*  
40 *am Rande furient amentes erunt* *VD38*  
41 *homines P9629; N442; homines korr. aus omnes* *SG670*  
42 *infirmata est korr. aus infirmata est infirmata est* *P9629*  
43 *omnes fehlt* *SG670*  
44 *omnes qui] omnesque* *VD38*  
45 *laetabantur korr. aus laetabuntur* *V630; laetabuntur* *O93; I83*  
46 *sonus* *I83; SG670*  
47 *am Rande tacuit siluit* *VD38*  
48 *cytharę cum korr. aus cytharę* *SG670*  
49 *cum fehlt* *O93*  
50 *amarata* *VD38*  
51 *illam korr. aus aillam* *SG670*  
52 *am Rande adnullata est* *VD38*  
53 *domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis fehlt I83; SG670*  
54 *laetitia] laetitia et I83; SG670*  
55 *am Rande miseria* *VD38*  
56 *erit V630*  
57 *remanserunt korr. aus remanserunt et* *P9629*  
58 *am Rande sonabunt* *VD38*  
59 *haec I83; SG670*  
60 *maris fehlt P9629; I83; SG670*  
61 *reconciliare* *O93; N442*  
62 *offeras* *V630; P9629*  
63 *Nullis* *SG670*  
64 *honore gaudere korr. aus honore* *P9629*  
65 *feb.* *I83*